



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesv Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Iubartus S. Vitalis, Salens. 18

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

17. A MARIA SANCTA SEVERINA *Vrbis olim Olana Comite, Literis ad Lainium Vicarium sua exaratis manu profundatione*

Collegij Nolani. Nolam (inquit) Ciuitatem, apud quam maximam & optimam Vitæ meæ partem exegi, quamdiu in ditione habui, multum amauit, quod semper erga me obseruantissimam experta sum. Nunc vero postea quam mea esse in potestate desijt, amo etiam magis. Cum enim nihilo me

quam ante obseruet minus, &c. Agitanti autem mihi assidue

quemadmodum tantorum meritorum gratiam queam referre, in mentem venit, si curarem: vt ciuitas libera, suique iuris

esset, ac multarum præterea dominatu Vrbium potiretur, be-

neficium multo leuius fore, quam si ei Collegium è Vestris

Patribus impetrare conarer, daremque operam, vt Dei famu-

los adeo communi Domino charos, ita proximorum saluti

addictos, ad eamque curandam solertes, ac vigiles intra sua

mœnia haberet, &c. Hac Urbis Nolana Comes Sancta Seuerina;

quippe nupta olim fuerat cum Henrico Vrsino (qui ultimus Comitum

eam ditionem possedit) pietate non minus, quam generis Claritate

nobilis Matrona. Par. 2. Hist. Societ. lib. 2. num. 76.

18. A IVBARTO S. Vitalis Comite Salæ Octauio Parmensi

Duci unicè charo, qui pene iam exhalans animam Duceum aduocans

falsis rumoribus Societati aduersum, sic est allocutus. Ego (inquit)

quam verè Excellentiam tuam, ac sincerè coluerim, certio-

rem testem nullum habeo, quam Te ipsum: item me super

merita mea benigne habitum abs te scio, atque profiteor. Ita-

que cum fides erga te mea, tum merita in me tua cogunt id

suprēmis verbis effari, quod ne ignores, tua plurimum refer-

re puto. De Societate IESV multa apud te iactata esse com-

perfum habeo: quæ cum Ego falsa esse certo sciam, nolui

moriens permittere, vt diutius bona tuæ menti imponerent,

illudenterue imperitorum hominum, aut maleuolorum ser-

mones. Hic multas pro animi sui studio Societatis laudes cum re-

censuisset, adiecit. Hac Ego quia planè penitusque perspexi, &

comperi loquor; Tuque ipse intelligis, nec mei moris unquam

fuisse

Societas
innocentia
commen-
data.

Sunt Deo
chari, pro-
ximorum
saluti ad-
dicti, & ad
eam curan-
dam soler-
tes.

Ciuitatem
Eorum Col-
legio dona-
re, maius
beneficium
est, quam
plurium
Vrbium do-
minatus.

fuisse fingere neque hoc tempus esse mentiendi. En vides, vt supremum meum spiritum horum manibus totum permissem: & sane maximum illud summo hoc rerum articulo solatium habeo, quod tales mihi Deus adiutorem largitus est. Cetera, quæ apud te iactata sunt, quam longe à vero absint, hinc pro tua sapientia argumentum cape. Quod, cum usque eo decantari audieris hosce homines in morientium insinuare se testamenta, ego cum sponte mea nescio quid Mutinensi legarem Collegio, id Rector simul ac audiuit, nullo modo fieri est passus. Itaque si incorrupta unquam fidei hominis apud fidentem studia, quidquam momenti habuere, valeant apud ingenuum, ac nobilem animum tuum postremæ hæc voces, & hoc mihi nil fortasse aliud unquam petituro concede. Da operam, ut huius Societatis Familia Parmæ statuatur. Confirmo tibi ex optimis, quæ facere aliquando possis factis id futurum. *Hæc ille Ibid. lib.8. num.60.*

19. * A FRAN. HVRTADO DE MENDOZA Comite Montis Acuti, Praesideque Regio nomine in Concilio Provinciali Salmantino ann. 1566. qui aduersus Episcopum Placentinum Societatis inimicum, plurimum laudauit illius Institutum, procedendique modum, magnumque fructum, quem faciebat in Ecclesia Dei, ingens item iuuamen quod Pralatis praestabat: Obligationemque habere (tandem afferebat) eam defendendi, ac propugnandi. Sic Princeps nobilissimus Tom. 4. Viror. Illustr. Societ. fol. 641. in Vita P. Araoz. §. 6.

Eius Institu-
tum lau-
datum, &
propugna-
rum.

CLAS-